



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Quomodo dæmon apparuerit cuidam seni in forma pueri nigerrimi. Capvt.  
CLX.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Idem Abbas Menas dicebat cœnobij fratribus: Filii, filij, secularium colloquia. Solent enim nocere iunioribus monachis. Dicebat iterum senex: Omnis ætas pœnitentiam agere debet, iuvenes simul, ac senes, vt æternam vitam frui cū gloria & laude mereamur; iuvenes quidem, quia in flore ætatis, cū feruet concupiscentia, ceruicem leuam sub iugum pudicitie miserunt; senes vero, qui inolitam sibi ex multis temporibus malorum participationem transferre ad meliora potuerunt.

*1. Vide sancti patris delicias. Nuditas fuit eim vestitus herbæ cibus.*

*Quomodo demon apparuerit cuidam seni in forma pueri nigerrimi.*

## C A P V T. CLX.

**N**arrauit nobis Abbas Paulus dux cœnobij Abbatis Theognosti, quia dixerit senex quidam: Cū die quadam sederem in cellula mea, <sup>1</sup>operarerque manibus meis ( tenebam autem canistrum, & psalmos repetebam ) ecce per fenestram ingressus est quasi puer Aethiops, & stans coram me saltare cœpit, psallentique mihi dixit: Senex nōne bene salto? Ego autem nihil respondi. Rursus ait mihi: Non tibi placet hæc saltatio mea? Nihil autem respondentem mihi, ait: Ecce peccatas te, male senex, magnum aliquid agere. Dixit mihi, quia & in sexagesimo quinto, & in sexagesimo sexto psalmo errasti. Tunc surgens ego procedi ad <sup>2</sup>orationem; & ille euauit.

*1. Opera manuum, & psalmodie erant exercitia antiquorum monachorum.*

*2. Quanta vis orationis, cum effugare valeat demonem. Vita Abbatis Isaac Thebei, & quomodo etiam ei apparuit demon in figura adolescentis.*